



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de
Parisiis, M.D.LXXV.

1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)



ANTHOLOGIA
SACRA OCTASTI-
chis versibus compre-
hensa.

I.

Haec ego, dum curas, animi
dum tedia fallo,
Ex veterum scriptis car-
mina cudo Patrum.
Summe Deus nostro aspices,
faueasque labori:
Nil, nisi quod cupias, ut mea Musa canat.
Quod si non lepidum, si non satis arte politum
Inuenies istud, candide Lector, opus,
Carmina ne cura, sed carminis inspicere sensum.
Vestis enim sordida sordida saepe tegit.
Fugiendam esse mundi gloriam.

a

*Q*uò magis à Phæbo distat soror hoc mage nobis
 Fulget: at à supera lumine parte caret.
 Cum verò fratri iuncta est, non lucida nobis
 Illa quidem est: supero fulget ab orbe tamen.
 Esse Deo quisquis cupit ergo fulgidus, ipsi
 Hereat, & mundi spernat inane decus.
 Nam quò mortales quisquã est mage fulgidus inter,
 Hoc minus est magno fulgidus ille Deo.

Octastichorum scholia. 2.

Aug. e- Quo magis) Augustinus hunc
pist. 119. scripturæ locum. Sultus vt luna
 mutatur, ad Adamum eiusque
 posteros accomodans, his ver-
 bis vtitur: Quis est stultus ille,
 qui tanquam luna mutatur, nisi
 Adã, in quo omnes peccauerunt?
 Anima quippe humana, recedens
 à Sole iustitiæ, ab illa scilicet in-
 terna contemplatione incõmu-
 tabilis veritatis, omnes vires
 suas in terrena conuertit, & eò
 magis magisque obscuratur in
 interiorib⁹ ac superioribus suis.